



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

xj. De Receptione, & Autoritate Pallij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

Quomodo sit explicanda consecratio. h. d.
 a *can. 1. dist. 75.* Congregatis igitur hora Dominicæ lucis tertia Episcopis, & Scrutinio cum precibus celebrato, duo supra caput ordinandi, Euangelij codicem tenentes, manus imponant, & vno super eodem benedictionem fundente, cæteri qui adsunt, manibus suis caput eius tangant, atq; illud vnâ cū manibus sacro chrismate deliniāt: quo demū peracto, Ecclesiæ Romanæ, atq; eius Pontificibus fidelitas secundū formam Gregoriani ^b rescripti iuranda erit.

b *cap. ego N. extra. de iur. iur.*

DE RECEPTIONE ET autoritate Pallij,

TITVLVS XI.

Pallij receptio non est differenda: & uolens aliquid palliando obijcere, debet iurare de calunnia, & intra duos menses obiecta probare: alioquin tenetur ad pœnam talionis.

e *can. 1. dist. 100.* **H**oc amplius Metropolitanum prospicere oportet, vt pallij petitionem, & receptionem non differat: Cùm si bi sine pallio Episcoporum consecrationem ^d minimè permittam scire debeat. Est autem pallium Metropolitanorum insignne ornamentum, quod de corpore beati Petri sumitur, Pastoralis officij plenitudinem ^f designans: Cuius receptio, vt citius explicetur, nouissimè constitutum est, ne per cuiusvis criminis obiectionem fortè pallian-

a *cap. quod sicut. in fin. ex. de elect.*

e *cap. ad honorem. in gloss. 1. ext. de auth. & usu pal.*

f *cap. nisi. de auth. & usu pal. ex.*

do faciendam differri possit: ^g nisi obijcentes corporali iuramento præstito firment se, nec agere quicquam callidè, ac de obiectis promptam fidem, hoc est, intra bimestris tēporis spatium afferant, ad talionis, vel extraordinariam pœnam se Preſidis obligantes arbitrio, si obiecta minimè probauerint. Quod si contradictores ista facere renuerint, eorum obiectionibus nequaquā obstantibus, ad ipsius traditionem pallij procedendum erit.

extra. c. vni. de auth. & usu pal.

Metropolitanus solùm in sua prouincia, & certis diebus pallio utitur, & pallium personam sequitur: & ideo commodari non potest.

Sed eo nec semper ^h, nec ubi- ^b que Metropolitanus vti poterit (id enim soli Romano Pontifici ⁱ, dum Missarum celebrat solennia, permittitur) verùm in sua tantùm prouincia, ac certis duntaxat diebus: Et cùm personam pallium non transeat ^k, nec alteri commodari poterit: ^k & cum eo quisque sepeliendus erit.

cap. 1. & cap. ex tuarum. cū seq. ex. de auth. & usu pal. cap. ad honorem. cod. tit. extra. cap. 2. eod. tit.

Pleraque dicta de creatione Episcoporum, habent locum etiam in alijs Prælati.

Hæc de creandis Episcopis dixisse sufficiat: Nunc de illorū vita, ac qualis eorum debeat esse conuersatio, pleraque & de cæteris Sacerdotibus intellecturi, paucis expediamus.

c